Quinquaginta autem in auxilium si carverit cum successoribus suis tunc inscriptionem praesentem eo ipso causam suam perdere et amittere debet ac succumbet, ac debet solutionem praefati vadii et vadiorum. Quo vel quibus vadiis solutis utrisque inscriptionem praesentem omnibusque eius contentis satisfacere tenebitur quoniam opus fuit tenebitur ac succumbet. Nullam praemissis praerogativae [illegible] ab usu inscriptionis obstantibus.

Niebrebeczki ktr Bilinsky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Premislien. Nobilis Iwanko Niebrebeczki, recedens a iure suo quovis terrestri ad iurisdictionem castrensem Premisliensem una cum bonis successoribusque suis omnibus quo ad effectum inscriptionis praesentis incorporando, sana mente et corpore sanus existens palam fassus est Quia Nobili Wasil Bilinski et eius successoribus famulo Magnifici Ioannis Herbortt de Fulsztin castellani Sanocensis et capitanei Premisliensis tenetur et est debitor certi veri iustique debiti summam Ducentorum florenorum pecuniae monetae polonicalis quemlibet florenum triginta grossis polonicalibus computando, quam pro die et festo sacro Paschae proxime venturo circa acta capitanealia castrensia Premisliensia totaliter et plenarie dare et persolvere repositamque non ex fideiussoria sub vadio summae similis Ducentorum florenorum pecuniae monetae polonicalis. In defectu vero non solutionis summae praefatae essentialis pro die et termino suprascripto solutioni assignato ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendum. Quod vadium iam exnunc in defectu solutionis summae praefatae essentialis sese extendet et extendere debet in et super omnibus bonis suis et obligans mobilibus et immobilibus ipsius Iwanko Niebrebeczki et eius successorum nullaque regalibus et extraregalibus [illegible] quibusvis statutis praerogativae quarumvis iurisdictionum non evadendo. Inscribitque se et successores suos super omnibus bonis suis idem Iwanko Niebrebeczki inscriptionem praesentem castrensem Premisliensem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia pro primis quibusvis terminis terrestribus Premisliensibus transferre et transportare sub vadio pro quo summa similis Ducentorum florenorum pecuniae monetae polonicalis pro qua eius summa essentiali et vadio. Si se ipse Iwanko Niebrebeczki cum successoribus suis eidem Wasil Bilinski et eius successoribus citare permiserit Et tunc recedendo a iure suo quovis terrestri In primo citationis termino tanquam in peremptorio coram officio capitaneali castrensi Premisliensi stare parere et respondere ac pro praefato vadio et summa essentiali ab officio non recedendo sub alio simili vadio satisfacere debet et succumbere tenebitur. Terminum primum primum tanquam peremptorium nullis modis viis colloribus dilationibus evasionibus praescriptionibus [illegible] appellationibus earumque prosecutionibus Belli conventionibus statutis novis vel veteribus laudatis et laudandis neque maioris differentiae prolongandi allegandi et se excipiendi [illegible] mortificationisque inscriptionis praesentis dilationem praeter acta praesentia castrensia Premisliensia non petendo sub poena trium marcarum et [illegible]

poena [illegible] quarumvis iurisdictionum non evadendo. Quo se abrenuntiando omnibus quorumcumque iustitia humana [illegible] dilationibus exceptionibus ac directionibus quibusvis [illegible] ad [illegible] remediis quibus [illegible] in auxilium cum inscriptionem praesentem [illegible] festum recipiendo sive ac successorum suorum sub amissione totius causae. Ac debet solutionem praefati vadii et vadiorum. Quo vel quibus vadiis solutis utrisque inscriptionem praesentem omnibusque eius contentis satisfacere tenebitur quoniam opus fuit tenebitur ac succumbet. Nullam praemissis praerogativae [illegible] obstantibus Quod manu firmat est.

Ritharowski ktr Lowczicky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Bartholomeus Ritharowski recedens a iure suo quovis terrestri ad iurisdictionem castrensem Premisliensem una cum bonis et successoribus suis quo ad effectum inscriptionis praesentis incorporando mente et corpore sanus existens palam et per expressum fassus est Quia Nobili Conrado Lowczicki et eius successoribus tenetur et est debitor certi veri iustique debiti summam Quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis quemlibet florenum triginta grossis polonicalibus computando quam pro die et festo Conversionis Sancti Pauli proxime in anno futuro venturo circa acta castrensia capitanealia Premisliensia In castro Premisliensi totaliter et plenarie dare et persolvere repositamque non ex fideiussoria sub vadio summae similis Quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis In defectu vero non solutionis summae praefatae essentialis pro die et termino suprascripto solutioni assignato ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendum Quod vadium iam exnunc in defectu solutionis summae praefatae essentialis in summam essentialem et capitalem conversum sese extendet et extendere debet Unacum summa Originali in et super omnibus bonis suis et obligans mobilibus et immobilibus ipsius Bartholomei Ritharowski et eius successorum Nullaque regalibus et extraregalibus quibusvis statutis poena trium marcarum et [illegible] poena [illegible] iurisdictionum non evadendo. Inscribit se et successores suos de omnibus bonis suis inscribit et obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia pro primis vel sedibus terminis terrestribus Premisliensibus transferre et transportare sub vadio summae similis Quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis pro qua eius summa essentiali et vadio Si se ipse Bartholomeus Ritharowski cum suis successoribus eidem Conrado Lowczicki et eius successoribus citare permiserit Et tunc recedendo a iure suo quovis terrestri coram iudicio et officio castrensi capitaneali In primo citationis termino tanquam in peremptorio stare parere et respondere ac pro praefato vadio et summa essentiali a iudicio sive officio non recedendo satisfacere debet et succumbere tenebitur Terminum primum primum tanquam peremptorium nullis modis viis colloribus dilationibus evasionibus praescriptionibus monitionibus appellationibus earumque prosecutionibus Belli conventionibus statutis novis vel veteribus laudatis et laudandis neque actionis maioris differentiae